

In Numidia prope Henschir Meruána, ubi fuit Lamasha, rep., tabulae per- magna reliquiae, iam Algerii (VIII 4440. VIII S. 18587 nonnulla addidit Gsell rech. arch. en Algérie p. 84 seq.). — 1) Mirum, imperatorem M. Aurelium tantum dici. Ceterum videtur significari Elagabalus. — 2) Supplevit Henzen C. I. L. VIII p. 936. Cf. supra N. 473 not. 2. — 3) Supplevit Mommsen. — 4) Scalae vocabulum obscurum. Similiter alis locis eiusdem catalogi scriptum est scala III, scala . . . (scala tertia initium habuit a. d. VII kal. Nov.). — 5) 25 Sept., dies primus se- menstris hiberni (24 Sept. aequinoctium, cf. Columell. de r. r. 9, 14, 11). Videtur haec aqua hieme tantum distributa esse. Cf. Dig. 43, 43, 1, 8; 43, 20, 1, 32. — 6) Apparet non a media nocte computatum esse diem usque ad noctem mediam sub- sequentem, sed a luce oriente ad alteram. Cf. Bilfinger der bürgerliche Tag (1888) p. 219. — 7) Nomen aquae. — 8) Aqua haec modo descendebat, modo ascendebat. Et videntur, ut par est, aquae ascendentis multo plures horae agris attributae esse quam descendantis; cf. quae exposuit Schmidt. — 9) Sic Gsell. Nomen loci ut videtur. — 10) Hora prima. — 11) Nomina dominorum, in quorum fundos aqua fluere debebat. — 12) Capita intellegi iam putat Momms., qui antea cogita- verat de cadis. Hoc apparet definiri mensuram vel ipsorum fundorum vel fructuum unius cuiusque. — 13) Infra agro capitum (?) non multo plurimum attribuitur aqua per horas multo plures. Sed tum aqua ascendebat, hic descendebat. — 14) Ex hora prima, scilicet plena. In Africa aquam certis horarum spatiis distribu- inter incolas ait Plin. h. n. 18, 188. — 15) In horam quintam et dimidiam. Cf. Bilfinger die antiken Stundenangaben (1888) p. 103. — 16) Pro parte sua (?). — 17) Cf. not. 8. — 18) Noctis.

Ad aquarum distributionem pertinebant etiam tabulae Tiburtina XIV 3676 et urbana (vel potius suburbana) VI 1261, in quibus etiam ichnographia aquae- ductuum incisa fuisse videtur.

**5794** Decim. Secundinus | v. c., procons., curat. | et defens.<sup>1</sup> Amfis- sensium | salutem. Ut memini, non | repurgari modo aquae d|uctum, verum etiam indu|ci aquam iusseram. Confes|tim igitur in veteres cister- nas aqua ut semper cucur|rerat inducatur, gratia|s agente beatitudini tem|poris et moderationi me|e Hesperio, quod fundus, | qui aquam publi- cam occ|upavit, publicus non fit. Sa|ne si<sup>2</sup> similis interceptio ite|rum fieri possit, in cisternis | ipsis lapideo titulo posito un|de aqua veniat ad- scribite, u|t nulla invadendi publicum | relinquatur occasio. Memo|res eritis perfecta haec | omnia ante diem decimu|m kalendarum Ianuaria|rum vos ad officium nun|tiare debere. Opto bene | valeatis.

Amphissae Locrorum (III 568 cf. p. 1317. 2516<sup>38</sup> viderunt Cyriacus, Wheeler et nuper Perdrixet bull. de corr. hellén. 19, 1895 p. 391). — 1) Defensori. — 2) Fortasse scr. ne.

<b>5795</b> . . . . .	Patientia	Virtus	Spes	. . . . .
	(protome muliebris)	(protome muliebris, Amazoni similis)	(protome muliebris)	

. . . . . || Etrusco<sup>1</sup>: 'Et Salditani ci|vitas<sup>2</sup> splendidissima et | ego cum Sal- ditanis rog|amus te, domine, uti Noni|um Datum veteranum | leg. III Aug. libratores<sup>3</sup> | hortaris veniat Sal|das, ut quod relicum<sup>4</sup> | est ex opere eius